

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Abschriften von Briefen und Schreiben aus den Jahren
1583 und 1592, grossenteils die Ansprüche des
Pfalzgrafen Richard von Simmern auf die Vormundschaft
über Friedrich IV. betr. und einige Excerpte ...**

[S.l.], [18. Jahrh.]

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-326174](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326174)

Illustrissimo

Et Incolito Principi & Domino, Domino Ludovico
Comiti Palatino Rheni, sac. Rom. Imperii Archidia-
piteri & Electori Duci Bavariae ac Principi & Do-
mino Clementissimo.

Castra quoque Celestudo Scholarum Dignitatem bene
intelligit: et optime novit, eius ad usum Ecclesiarum
ad Doctrinarum, Religionis & artium Propaga-
tionem, ad iuventutem honeste liberaliterque edu-
candam tantopere esse necessarias, ut qui eas
vel negligat, vel corrumpere sinat, is non videatur
Ecclesias & respublicas, et omnes Vita humana
Societates majore et detrimento afficere posse:
& propterea nunc in hoc tota incumbit, ut in ve-
teris et percelebris Academiae Heidelbergensis im-
plorationem magnas agat impensas, Doctissi-
mos Professores conducat, liberalitate pene re-
gia tam doctibus honestis Stipendia consti-
tuat, quam discipulorum magno numero collegia
impleat, et severam Disciplinam in tota Academia
servandam curet. Quam benignitatem et Volunta-
tem vere paternam V. Celisit. ex animo Ecclesiis et Acade-
miae gratulor. Hanc enim praeceleris amari semper et
magnifeci eamque Patriam, quod Patria mea Vicinorem
et Clariorum non habeat, appellare solo: et ex illa non leviter

Commeda

commodè ad meos conterraneos proficisci soia. Et si enim Oppi-
dulum Blutben, Alonis Silva, in quo natus sum, Pontificiorum
Potestati subiectum, doctrinam et cultus Religionis minus habet
puros: animæ ducto tamen inde, et extrinis locis multo
Adolescentes Heidelbergani migrare, Excelsitatis Vestrae
beneficiis uti, literis, pietatis et humanitatis ita institui,
ut inde secum sinceriorum doctrinam auferant, de cultibus
iudicare, rectos & Deo placentes docere et amplecti, &
Pontificiorum atque Jesuitarum errores et prestigias
caute & docte reprehendere possint.

Ergo quoque adolescentulus Heidelbergae in
Ludo Necessario prima artis grammaticae et pietatis
Christiana Elementa didici: & sint mihi prope
aliqua necessitudo et amicitia cum Johanne Hartungo, Mij-
cillo, Lotichio, Doctore Nicolao Eisnero et aliis, quos
ros Doctrina, eloquentia et linguarum cognitione cla-
rissimos constat magno Ornamento illi Academiae fuisse.

Et quamvis literis ab Electore Alono Henrico ad docen-
dum in ea invitatus fui, et animus ad hoc officium et stu-
dium nunquam defuit: Sic tamen hactenus benignitate
Principum Electorum Brandenburgicorum in Marchia
haec Academia detentus, citata humaniter tractatus sum, ut
honeste discedendi facultatem peterem potuerim, & nunc
multo possim minus ut verear, ne mihi ingravescente
aetate valetudine non firma & ampla familia dona-
to. hic immoriendum sit. Quicquid autem inlerim

à me in Heidelbergensem Scholam gratitudinis ergo
 conferri poterit, id omne prole et liberaliter promitto:
 ut cujus significationem, & debita Gratitude, ex-
 lumbatioque mea, reverenter & submisse Celsitudinem Vestram
 colentis, ibique Summos honores atque Electorale fastigium,
 ad quod Divina Ordinatione Devecata est, gratulantis
 Declarationem, hunc Libellum ad V. Cels. mitto, eique
 dedico; ad quod etiam faciendum, mihi non levi occa-
 sionem praebebit Vetus amicus & auditor meus, M. Johan-
nes Pefferus, Ecclesiae Neoburgicae ad Nierum Pastor,
 quem semper ob Pietatem, modestiam excellens in-
 genium & Eruditionem, ut filium dilecti, quem
 honestum locum sub Celsitudine Vestra Consecu-
 tum esse ex animo laetor. Rogo itaque submisse
 ut Celsitudo Vestra consecutum esse ex animo laetor.
 hanc Inscriptionis mea opellam benigniter probeat, &
 me meos atque Johannem Pefferum sibi comen-
 datissimos habeat. Quod reliquum est, precor
 ut bene et feliciter valeat Celsitudo vestra.
 Francofurti ad Viadrum Calendis Februarij Anno
 à Christo nato 1583.

Christophorus Cornarius
 ex Buchen Theologiae
 Doctor et Professor.



Faint, illegible handwriting on aged paper, possibly bleed-through from the reverse side of the page.